











1709.

Nicolai, Daniel : De obligatione commendentis.

1710.

1. Bielpeltz, Ernestus Wilhelmus : Fideius inaequale.
2. Hesse, Zacharius : De pacto emendi et vendendi.
3. 6<sup>te</sup> Lehne, Reinholdus Fridonius : De sepulturae  
- Inegatione 3 Sempl. 1710 - 1736.
4. Starinski, Theod : De poena conatus ad delinquen-  
dum

1711.

1. Emmerich, Georgius : De vulnere lethali.
2. Hesse, Zacharius : De origine et usu prochie.  
actuum bonae fidei et stricti iuris.
3. Lilienthal, Michael : De p<sup>ro</sup> solutio variisque  
causandis usu et abusu.
4. Schultz, Georgius : De immunitatibus in ecclesia  
a muneribus.

1712.

Schultz, Georgius : De actione contra aedificatorem an  
annulatione



1783

1. Christen, Georg Christoph: De usu et abusu  
Medicinae.

2. Olearius, Jo. Gellius: De renuntiatione perso-

rum.  
3. Lehmler, Reinholdus Fredericus: De praesumptione mortis

4. Skovinski, David: De legitima jure Præterito.



204

his

ORATIONE  
FRAZIS

FRIDERICO  
WILHELMO

FRIDERICO  
WILHELMO

PRO LOCO

PRO LOCO

PRO LOCO

PRO LOCO

PRO LOCO





*[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]*

P. 4

REINHAAR





SUB AUSPICHS SUMMI NUMINIS  
DISSERTATIONUM MEDICARUM

DE

CONNUBIO ASTRÆ  
CUM APOLLINE,

CIRCA MEDICINAM FORENSEM,

SECUNDA,

DR.

VULNERE LETHALI

*In genere*

Von einer tödlichen Wunde/

*Quam*

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO ac EXCELSISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,

DOMINO FRIDERICO

WILHELMO,

REGNI PRUSSIE, ELECTORATUS ET PROVIN-  
CIARUM BRANDENBURGICARUM HÆREDE, &c. &c. &c.

CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ

IN ACADEMIA PATRIA

*Publico Eruditorum Examine submitunt*

PRÆSES

GEORGIUS *Simmerich*/

Med. D. Prof. Ord. & Prat. Lœbn.

Et Respondens

HENRICUS BERNHARDUS *Hübner*/

Medic. Cand. & Physic. Rastemb.

IN AUDITORIO MAXIMO,

Horis Antemerid. Anno MDCCXI. die Januar.

REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.





ILLUSTRISSIMIS, GENEROSISSIMIS ET EXCELLENTISSIMIS

D. O M I N I S,  
DNO. JOHANNI CASMIRO,  
S.R.I. Comiti de Wartenberg,  
Augustiss. Borussiæ Regis summo Regii Cu-  
biculi Præfecto, Primo Status Ministro, Terrarum ex Arausio-  
nensi Hæreditate ad August. Regem devolutarum omnium  
Gubernatori Hæreditario, Cursuum Publicorum Generali  
Hæreditarioque Magistro, Comiti Stabuli supremo,  
Ordinis Aquilæ Nigræ Cancellario &  
Equiti &c. &c.

DNO. HENRICO RUTGERO  
L. B. ab Ilgen,  
Sacræ Reg. Majest. Pruss. Ministro Status  
Intimo, Mindensis Ducatus Cancellario, Magnoq; Aquilæ  
Nigræ Ordini à Secretis &c. &c.

D O M I N O  
MARQVARDO LUDOVICO  
L. B. à PRINZEN,  
Sacræ Reg. Majest. Pruss. Ministro Status  
Intimo, Supremo Rerum Feudalium Directori, Venerandi  
Consistorii Præsidi, Regiæ Arcis Berolinensis Præfecto,  
Borussici aliorumq; illustrium Ordinum  
Equiti &c. &c.

*Dominis ac Mæcenatibus suis Gratiouissimis.*



**I**gnoscite, Illustrissimi Domini,  
Quod sub illustri Deorum connubio,  
non splendida hic apparetur Coena,  
sed sanguiflua offeratur Vena;  
In sanguine Vita hominis.

Et sanguine litare Diis  
ut sacrificium maximè sacrum  
Dii ipsi permiserunt.

Aurea fatemur, Vobis, hoc tempore, munera  
Ebur, Thus, Oleumque debentur

Sed Dignitas Vestra  
Munera non admittit, sed distribuit ipsa,

Tum  
Prussia nescit ebur, chartam pro thure reponit

Oleum mens fida ministrat;  
Strena tamen sit humillima Crena,  
lethali quidem cruore tincta.

Non Xenii aut Strenis, sed Neniis dives,

Ferali ac fatali vulnere faucia,  
Dum Letho haestenus litavit Patria.

Jam verò per Dei gratiam convalescens  
De letho lata triumphat.

Altitonans enim ex altis Iehova  
Respiciens tantam miseriam

Remisit suam o quantam! misericordiam  
Vulnus nostrum sanans insanabile.

Vos verò Tutelares tot Provinciàrum Diis  
Non parùm lethale hoc Fatale moderati estis,  
Dum *SUPREMO* terrarum nostrarum *DOMINO*  
Profundam Regni calamitatem proposuistis,  
Et de Medica ei manu præstandâ consuluistis;

AUGU-



*AUGUSTISSIMUS* hinc gratiam profunde auxit,

De Victu egestate victis

De obsoniis Colonis

De Colonis amplissimis his terris prospexit.

Sic Regi Regnum

Patriam Patria Patri conservastis,

Et mortiferum fere ejus Vulpus

curaftis, sanastis, consolidastis.

Pergite, Pergite

Permagni Regis ac Principis

Primi ac principes Ministri,

Lumen orbi communicare,

Orbem Consiliis ac Prudentia illustrare,

Regiones a Gallico Miasmate liberare,

Regnum ab omni lethaliitate vindicare.

Sic Mortalitas Vestra immortalis

Vita perennis evadet,

Vivet enim post funera Virtus.

Ad hanc recurrere liceat

Per hunc & innumeros annorum numeros

Omnibus, Invidia vulnibus pressis.

Inter eos sentiant Vos Clementes

### *Illustriſſimorum Nominum Vestrorum*

*Perpetui Cultores, Devotiſſimi Clientes*

*de vulnere lethali*

*Disputantes.*



41  
De Vulnere Lethali in genere.

**A**rduum sanè negotium hic aggreditur Apollo, cum ad nuntium sibi conjunctissimæ de Vulnere lethali sententiam ferre decernit; Ad assertum enim ejus plerumque aut mors aut vita insequitur ejus, de cujus luditur corio & cujus sanguis debet pro sanguine fundi. In nullo tamen arctius observatur connubium & ardentius expetitur consilium, quam circa hoc punctum, ut operæ pretium fuerimus, si accuratius hæc pensitemus; quamvis enim Astræa sibi soli relicta inconsulto Marito per Interpretes suos Mascardum, Carerium, Farinacium, Carpzovium, aliosque varias conjecturas lethalitatis à tempore mortis mox insequentis, ab instrumento lædente, à publico rumore, à quantitate ac qualitate vulneris desumptas proferat, & hinc lethalitatem inferre gestiatur; mox tamen præsumptionibus his, in re tam arduâ, sanguinem humanum, si innocenter effusus fuerit, ad cœlum clamantem, concernente, diffidit & posthabitis illis tanquam incertis & insufficientibus, ad Apollinem ejusque genuinos filios confugit, horumque judicium expetit, ut ex Carpz. Prax. Crim. Part. I. quæst. 26. n. 19. ad 23. Mascard. de probat. lib. 2. Conclus. 1073. n. 6. Farinac. de Homic. Tit. 14. quæst. 127. part. 2. & part. 4. patet. quorum ultimus adductis variis sententiis de præsumptione lethalitatis ex tempore, concludit tandem part. 2. n. 50. sed ego sum contrariæ opinionis; hoc judicium potius ad Medicam artem quam ad legalem scientiam spectat, n. 51. Ergo Medicorum relatio præcipuè attendenda. part. 4. n. 101. Regula sit, quod Medicorum relationi & judicio statim super mortalitate vulneris & an vulneratus obierit ex vulnere illato, &c. Sed ad rem. Cum in antecedenti Dissert. de inspect

Επιτομή αποστολῶν τοῦ Καδaver



Cadaver, in genere non de Obductione locuti fuimus, illa autem potissimum ob manifestandam ac deducendam lethalityatem vel illethalityatem Vulneris illati instituitur & expectatur, hanc omnium maxime & primo considerare & certis questionibus Doctrinam ejus in apicem deducere, ac casui ante triduo sub signo  $\odot$  applicare, qualem eventum etiam hic habuerit, annectere placet. *Faxit Deus feliciter.*

Quæritur Imo. *Ecquid per Vultus hic intelligitur?*

Resp. In strictiori significatione equidem Vultus est solutio continui in parte molli ab instrumento acuto facta sine deperditione substantiæ ut clar. Bruno D. M. G. pag. 136, illud describit, contradistinguitur hinc oleeri, contusioni & rupturæ, quæ etiam solutiones sunt continui, sed illud à re corrodeute cum deperditione substantiæ, illa ab instrumento obtuso citrà externam rupturam, hæc autem à re ultra modum distendente, quarum hæc cum fracturâ & carie, quæ etiam solutiones continui sunt, sed in parte durâ, osse scilicet ac cartilagine, Chirurgia maximè constituitur Objectum & terè omne chirurgorum negotium absolvunt. Verum non adeo strictè sed in latiori significatione sumitur hic Vultus, græcè *πρῶμα* s. *ruptura* dicti etymon, cum per illud omnis læsio ab extrinseco cum quadam violentiâ facta, continuitatem partium solvens intelligatur, sive sit apertura, sive contusio, sive punctio, sive plaga, sive fractura, sive distortio, sive alia vulneratio, & vel percussione vel ictu vel incisione vel casu sive cum sive absq; cruentatione contingat, sub resonito enim cranii, commotione etiam cerebri interdum nullus sanguis promanât, mors tamen emanat. Percussio etiam Epigastrii vel hypochondriorum nudâ manu mortem & absque vulnere & sanguine accersit, quæ omnia tamen sub nomine vulneris, si de lethalityate eorum disquiritur, notanda veniunt.



Quæritur II. Quid per lethale intelligitur? ov. aliud  
 Resp. Lethale, græcè *θανάσιμον* est in genere id, quod le-  
 thum s. mortem infert. Confunditur sæpè cum insanabili;  
 sed falsò; non enim omne insanabile mortiferum vel lethale  
 existit e.g. partes externæ amputatæ, ut auris, nasus, digiti sunt  
 insanabiles, i. e. non possunt sanari s. restitui, nisi forsan per  
 chirurgiam Curtorum Palæcorii, quæ tamen non vera sed  
 palliativa saltem curatio & ob adjunctas difficultates vix practi-  
 cabilis est, idem censente Junckenio Chirurg. sect. 2. oper. p. ex-  
 p. 486. non tamen sunt lethales, nec mortem statim infer-  
 runt; sic fistula, sinus, ulcera callum contrahentia, phlyctis con-  
 firmata, cancer exulceratus, hydrops inveteratus sanationem re-  
 spiciunt, de ægrî tamen vitæ non confessim agitur, sed longas sæ-  
 pè mors admittit moras. Dein nec omnes, quod mortem in-  
 fert, insanabile statim sunt, nisi quod absolute ac necè statim mor-  
 tiferum ac lethale existit; in multis enim casibus inveniunt chi-  
 rurgi, repugnantia ægrî, & frõres adstantium, atque vulnus effi-  
 ciunt lethale, quod absque his sanabile fuisset, hinc per accidens  
 saltem mortiferum factum. In Semeioticis igitur Sanabile &  
 Insanabile ad prognostica signa, quæ ipsum Eventum designant,  
 an æger sit evasurus nec ne, pertinet. Ex illis verò signis, quæ  
 tempus eventus determinant, an citò vel tardè sit moriturus  
 æger, morbus ejusdem lethalis vel non lethalis huncupatur; ut  
 adeò sub diversis generibus prædicata hæc contineantur, &  
 signa sint in vivo adhuc homine, sed hic de Defuncto est questio.  
 Ulterius hic non omnino, cuius pedile qua mors est, lethale  
 s. mortale est appellandum, ut communiter Vulgus, imò pruden-  
 tiores, qui hoc in genere scientiarum non sunt versati, id volunt;  
 sed id demum lethale hic dicitur quod reverà, per se, natura sua  
 F 2. le dicitur, sed potius &





& ut tale insequentis mortis causa existit, hinc καὶ ἐξοχὴν lethale vocatur. Quapropter enata est distinctio in lethale 1. per accidens, 2. ut plurimum 3. per se 4. simpliciter, absolute ac necessario. Conf. Amman. Prax. vuln. leth. p. 35. *Per accidens lethale est* id, quod curari potuisset, nisi hoc vel illud intervenisset, quod tamen non essentiale isti læsioni fuit, sed accidentariè vel committendo vel omitendo advenit. *Ut plurimum s. ὡς δὴ τὸ πλεον*, lethale est, quod sæpius ex se male succedit, non tamen semper aut tardius saltem perimit læsum. *Per se lethale audit*, quod immediatè hominem perimit, seu inter quod & mortem nulla alia causa intercedit. Hoc per se lethale sæpius æquiparatur & conjungitur cum necessario s. simpliciter & absolute lethali, sed perperam, ut Bohnius de Renunc. Vuln. p. 31. 32. & de Offic. Medic. duplici part. 2. cap. 5. pag. 617. tradit; Cum absolute & necessario lethale equidem per se tale dici mereatur, sed per se lethale non statim ex necessitate & absolute lethale existat, hoc quippè definitur, quod sit id, quod omnem medelam effugiens *semper* brevi temporis spatio vitam adimit, & Medici ac chirurgi opem prorsus excludit.

§. V. *Notandum* verò, quod & id, quod ut plurimum lethale ab Autoribus vocatur ad lethale per se referatur, ut ex Bohnio loc. cit. p. 32. 145. Ammanno Prax. Vuln. leth. Dec. 1. Hist. 8. p. 116. & hist. 2. p. 40. Valentini Pand. Med. legal. part. 2. sect. 4. ca. 10. p. 432. constat; ubi facultas Medica Lips. ità decidit: Nos ex fundamentis artis statuimus, quod, ut in communi & plerumq; in arte nostrâ Medicâ, ità & hac in causâ ab eo, quod ὡς δὴ τὸ πλεον & ut plurimum ità sit, vel ità fieri experimur, universaliter argumentari deceat; non obstando, quod è plurimis casibus quamvis præter omnem rationem manifestam, unus interdum aliter & feliciter cedat, ac reliqui omnes, quoniam interdum à naturâ



naturá sunt miracula, á quibus tamen conclusio desumi nequit. Paria ferè habet Zittmannus in Medic. Forens. Cent. 3. Cas. 43. p. 702. Und gilt des Advocati Einwenden allhier gar wenig oder nichts; nemlich es hätte der Medicus und Chirurgus in dem attestato daß Vulnus nur ut plurimum lethale genennet/ dahero sic sich nicht getrauet/ als experti in arte suá die lethalitytem hujus vulneris zu statuiren/ all die weil die Vulnera, quæ ut plurimum lethalia Veteribus dicebantur, unter die Vulnera actu & per se italia billig gerechnet werden. Quemadmodum enim alias de Legibus dicitur, eas ferri de casibus utpl. contingentibus & ab his regulam duci L. 3. seqq. ff. de LL. non attendendum ad id, quod raro contingit, sed quod communiter ex regulis & fundamentis artis sequi ut plurimum solet. Hinc cum Astrææ que ordinariá poenâ puniat inquisitos, quorum percussiones ab illis illata vel per se, vel necessario ac absolute, vel ut plurimum lethales renunciatur, modò illæ causa proxima & immediata mortis insequentis existerint; præstaret itaque in renuntiationibus ab his terminis promiscuè positis vel aliis similibus, cum Causidicis & Advocatis ansam saltem disceptandi, abstinere & in dijudicatione vulneris saltem terminum *per se & per accidens* lethale vel mortale retinere, ac an illo vel hoc modo Vulnus sese habuerit, testificari ac enunciare. In casibus tamen, qui mortem semper ac brevi secum vehunt, necessario aut absolute vel simpliciter lethale adjici posset. Quod Consilium & Apollo omnibus artis filiis impertit, antesignano clariss. Bohnio l. c. p. 33. cui Astrææ nepotes etiam ad stipulantur.

§. VI. *Quæritur III.* Quodnam itaque Vulnus in genere lethale per se dici meretur.

Resp. In Renuntiatione equidem non ad eò attendendum, an Vulnus tale in genere lethale dicatur, sed potius ad



hoc individuale vulnus, quod præ manibus habet Renunciatis; circa quod versatur & de quo iudicium ferre debet, an lethale sit nec ne, ipsi respiciendum est, nisi se & alios confundere, ac foecundam altercandi materiam præbere velit Deponens; nullius enim partis corporis nostri vulnus in genere absolute lethale dici potest, sed pro diverso respectu & variorum rationis modo, in hoc individuali subiecto, taliter vel taliter lethale renunciari debet; hinc nec cordis nec cerebri nec ventriculi vulnera in genere sine omni respectu simpliciter & absolute lethalia affirmari ac dici debent, nisi profundiora fuerint, cum superficialia ad mortem non tendant. Quin de hæc autoritas venerandorum nostrorum in arte Patrum, Hippocratis, Galeni, Celsi, &c. aliorumve Neotericorum, renunciatio pro regulâ lethalitatis absolute est statuenda, aut cæco consilio illis obtemperandum; quanquam enim iidem maximam ex multis singularibus contractam tot seculorum habeant experientiam; an hoc vel illud Vulnus frequentius ad vitam vel mortem teneret, attamen solitariò considerata experientia ista non sufficit ad fonticium hoc negotium expediendum, quod cum sanguine est conjunctum, & circa quod pretiosissimum, hominis nimirum vita periclitatur. Porius itaq; ex ipsis recte rationis ac Asclepiadeæ artis principis scientiâ nim. physicâ & anatomicâ fundamentum constans est ponendum & regulæ lethalitatis sunt eruendæ, sec. quas vulnus lethale dicendum est vel minus, experientiâ postmodum in subsidium vocandâ & autoritate confirmanda sunt ex ratione ac genuinis principis enata;

## §. VII.

Generalis itaque regulâ, ad cuius normam Vulnus in genere mortale dici meretur, & ex quâ speciales regulæ, de hoc vel illo vulnere iudicandi, formari possunt, sit hæc: *Quodcumq; Machinam corporis nostri hydraulico pneumaticam, vel per se*



*vel per consequens, vel mediata, vel immediate subvertit, ejus economiam singulariter turbat, ut vel in momento vel post aliquod tempus tollatur & cui ruina subvenire quis nequit, illud mortale est & vel absolute ac simpliciter, vel per se lethale dicendum.* Minor propositio ex specialibus cunctis casibus est subsumenda, imprimis ex specialissimo casu, qui tum temporis sub manu & in quaestione est, formanda, ut Conclusio legitima fieri possit: Ergo hoc vulnus, hac percussio, hac lætio est per se lethalis. Rite hinc omnia sunt perpendenda antecedentia, circumstantiæ, consequentia vulneris, ut subsumptio rectè inferatur, repetenda hinc erunt, quæ jam disput. anteced. de Inspect. in genere § 27. & 34. diximus, pro circumstantiarum enim variatione lethalitas renuncianda etiam variabit, de quibus tamen in sequenti quaestione; Cum autem à parte læsa præcipua desumatur indicatio, si ad lethalitatem per se aut absolute talem pervenire velimus, hinc lustremus ipsas partes corporis nostri.

*S. VIII.* Distribuantur hæc sec. decantaram per antiquam divisionem Senis nostri Cori in Continentes, Contentas, ac Impetum facientes; sub istis partes solidæ, ut cor, pulmo, ventriculus, cutis, vasa &c. sub illis, fluidæ ut sanguis & humores, sub his autem Spiritus, motores corporis & directores œconomia animalis comprehenduntur. Singula singularim rimanda & speciales inde regula lethalitatis formandæ. Spirituosa corporis nostræ partes sunt portitores quasi animæ, ac vincula ejusdem cum corpore, ipsamq; vitalitatem efficiunt; æthere autem hoc vitali sublato, destructo, dissipato, & motus & vitalitas partium cessat. *Aliæ hinc regula sibi quodcumq; Vulnus spiritus planè dissipat, vel coagulat, ac influxum eorum tollit, motum interceptit, aut abrumpt, aut præcipuas eorum sedes destruit, illud per se lethale est judicandum.* Locum hoc præcipuè in venenato instrumento

factis



factis & Capitis vulneribus habet, utpote in quo Spiritus generantur, conservantur, distribuuntur, non tamen in omnibus partibus capitis aequè lethale vulnus censendum, sed ubi præcipua sedes spirituum, ut circa cerebellum & principium nervorum, illic enim si læsio fuerit, omnis spes vitæ decollat ac curandi possibilitas cessat; sic apoplexia vulnus insequens influxum spirituum sublatum, vel dissipatum innuens lethaliter vulnerati & ipsius mortis comes reperitur. Epilepsia etiam, licet non semper mortis prodromus, periculositatis tamen non levis indicium ex turbato maximè motu spirituum reperitur. Circa nucham inflicta vulnera, ob nervorum dissectiones, ac spirituum turbationes, nunquam non lethalia observantur.

## §. IX.

Porro in sanguine consistere vitam, imò sanguinem esse animam ipse sacer codex innuit Deuteron. c. 12. v. 26. Vitali itaque fluido hoc ultra modum profuso, vita quomodo consistere aut perennare potest? imò cum perennis ejusdem motus circularis ad vitam prorogandam pertineat, si iste inhibeatur vulnere, aut sufflaminetur, aut planè tollatur, mortis mox insequentis, hinc lethalitatis infallibile signum est; imò si paulatim modo effluat vitalis hic succus, & nullo modo succurrere eidem possumus, infallibilem itidem importabit lethalitatem; quamobrem. *Tertia sit regula. Quod vulnus enormem sanguinis effusionem secum vehit, & vel cum impetu, vel paulatim eundem in loco inaccessiblei, ubi nullo styptico, nulla deligatione, nullo remedio subvenire quis potest, emittit vel circularem ejus motum impedit, ac tollit; illud per se lethale vulnus est appellandum.* Hinc Venæ & arteriæ earumque rami majores dissecti, vel licet parum dissecti, in profundo tamen ac minus accessibile loco siti lethalitatem absolutam secum vehunt; arteriæ læsæ præter illud, hoc incommodum adhuc habent, quod ob continuum eorum pulsum ac motum

motum



motum difficillimè coëant hinc difficillimè curentur, & sapius sint lethales.

## §. X.

Solidæ tandem partes, cum ad unum omnes spiritibus & sanguine gaudeant, hinc ex minori vel majori profusione aut turbatione eorum, & harum (solidarum partium) lethalitas erit dimetienda; At tamen prout etiam in se considerantur, certis fibris ac staminibus gaudent, & principales ac integrantes machinæ nostræ Vitalis partes constituunt, ac certa organa eidem præbent, plus minus lethalitatem absolutam secum vehunt. *Quarta itaq; regula sit.* Quodcumq; vulnus partem corporis nostræ ad vitam perquam necessariam profundè lædit, ejusq; actionem impedit ac tollit, ut totum inde periculum vitæ incurrat, per se lethale est judicandum. Hinc Cordis, Cerebri, Ventriculi, Epatis, Lienis, Vesicæ, nervorum insignium & plexuum eorundem &c. præsertim si actiones & usus eorum inhiuantur vel tollantur, vulnera per se mortalia habentur. Hippocrates hinc 6. aphor. 18. dicit. Vesicâ pertusâ aut cerebro, corde, diaphragmate, tenui intestino, ventriculo, hepate, mortiferum: Quæ tamen cum grano salis & distinctione sunt assumenda, nec ita simpliciter intelligenda, cum superficiales in dictis partibus læsiones tantum non importent, nec ejusdem commatis sint cum profundis; imò in ipsis partibus, speciales earum partes sint considerandæ ac distingvendæ ut in diaphragmate pars carnosa & nervosa, in cerebro medullaris ac corticalis, in ventriculo orificia, fundus, aut intermedia partes &c.

Quæritur IV. Quamnam Circumstantiæ porrò ad per se lethale pertinent, vel plus minus lethale efficiunt vulnus.

Resp. Circumstantiæ hæc sunt 1. Vulneris Quantitas, Qualitas, Figura. 2. Partis læsæ Textura, Situs, Usus. 3. Vulnerati Ætas, Naturalis dispositio corporis, Morbi ejus antecedentes & præ-



lentes, ac tandem supervenientia Symptomata. Hac omnia periculositatem variant, & ceteris paribus lethalitatem per se talem efficiunt. *Ratione quantitatis*, Per magnum vulnus secundum trianam dimensionem, praesertim si per transversum discissa fuerint fibrae, saepius mortale est declarandum; id contrario omnia superficialia vulnera etiam in partibus nobilibus e. g. cerebro, epate, liene, pulmonibus, ventriculo, imò ipso corde non lethalia, nisi aliud adsit; Ex sola magnitudine tamen lethalitatem non adstruunt Medici, vid. Zach. L. 5. Tit. 2. quaest. 6. n. 13. *Parva item vulnera si angusta* potius, praesertim si profunda fuerint, & quò commode manus Medici devenire & ea dilatare nequit, sunt lethalia ut: Thoracis vel abdominis perforationes profunda, tortuosa, punctim facta; Cerebri fistulae minores latentes, item contracta fistulae. Sed licet angusta, si dilatari potuissent secus judicandum.

*Ratione qualitatis*, si contusione ac dilaceratione facta, pejora semper punctim vel incisim inflictis; Sclopetorum hinc vulnera, cum globis suis rotundis, pejus angulatis, contundant, ac dilacerent obvias partes, ac citò inflammationem exquisitam pariant, nunquam non fere lethalia deprehenduntur. Venenata si fuerint instrumenta laedentia, e. g. gladius vel globus plumbeus venenatus, vel sagitta intoxicata, per se lethale praestant vulnus; Venenum enim ejusmodi immediate sanguini communicatum vehementius in illum agit & vita infidias fruit, quam si per os communicatum fuerit, hic enim quodammodo alteratur ac involvitur per pituitam in ventriculo, & in intestinis reperibilem: ad quod multus experimentis in animalibus evicit Franc. Rhedi nobilis ille Florentinus in Tract. de Viperis. *Ratione figure* Aristoteles jam rotunda, orbicularia vulnera periculosiùs aliis censuit, ratione ex geometricis petita, cum latera longius à centro distent, difficiliùs hinc coeant



51  
& difficulter curentur; hæc observatio autem de figurâ periculis  
niet potius ad signum prognosticum in vivo homine vulnerato  
instituentum, quàm ad dignotionem lethalitatis in trucidato.  
Eliminari hinc posset figura **Vulneris**, cum ad lethalitatem sim-  
plicem parum contribuât, ni Autores huc reduxissent, quos cum

§. XIII.

*sup* *Texture partis ratione*: Nervearum, membranarum  
tendinosarum partium vulnerationes periculosiores multò sunt  
musculosis si carnis fibris præditis, imò illæ cum curari non fa-  
cile possint, & ob adjuncta pessima symptomata simplicem sæpè  
lethalitatem faciunt. Diaphragmatis hinc lesio in parte nerveâ le-  
thalis, in parte musculoâ nõ ita semper judicatur. Vesica in collo,  
carneis fibris prædita, læsa sæpè curatur nec lethalis, quoad mem-  
branosam partem non ita, sed lethalis dissectio censeñte Hippo-  
crate 6. aph. 18. *Ratione situs* vulnera, ubi medela applicari vel  
manus Medici perfringere nequit & hinc nec consui nec deliga-  
ri, nec debite tractari possunt vulnera, sunt per se lethalia; Ex  
hac ratione intestinorum, viscerum, vasorum interiorum vul-  
nera plerumq; per se lethalia. Ob situm incongruum etiam labia  
vulneris adduci, aut obturari ob dilacerationem nequeunt, hinc  
etiam vasa sangvifera externa majora ut jugularia, axillaria, crur-  
alia amputata mortem inferunt, si alitè in corpus penetrando  
ibi deligari nequeant. Porro si locus vulneris abditus fuerit, quo  
oculus hominis vel manus nõ perfringit, licet extrinseca nulla vul-  
neratio in oculos incurrat, si inde moritur percussus, vulnus est  
per se lethale appellandum, e.g. non læso externe cranio interne  
vasa possunt rumpi & ob sangvinem putrefactum sub cranio læsus  
emori, vid. Zachiam. L. 7. tit. 2. quaest. 10. n. 3. 4. de vulnere ab ipsis  
sangvine. *Ratione usus* omnino maxime lethalia redduntur vulne-  
ra, si partis ejusdã nobilis ad vitam simpliciter necessarii usus &

G 2

actio





§2  
actio tollatur, hinc principes corporis nostri partes, cor, pulmo,  
diaphragma, ventriculus, si sauciata fuerint, adeo incurabiles,  
ac nunquam non ferè lethales deprehenduntur earum lesio-  
nes, cum usus & actio nobilissima mox tollatur, tota hinc œcono-  
mia corporis insigniter turberetur ac planè tandem pessundetur.

§. XIV.

¶ Quæritur V. Sed num etiam cœteræ circumstantiæ, quæ  
saltem certæ conditiones subjecti vulnerati sunt, & à vulneran-  
te non præveniunt, ut ætas, dispositio naturalis vel morbosa cor-  
poris, aut etiam accidentia quædam ut: Affectus animi, vel ad-  
venientia post vulnus symptomata ad lethalitytem per se contri-  
buunt, & nonne potius illam per accidens faciunt?

¶ Resp. Non tollunt, nec per accidens efficiunt, sed potius  
augent lethalitytem per se talem, eandemque citius accer-  
sunt. Cum enim lethalitys non quærat, aut indagetur in sub-  
jecto generali, sed in speciali, potius individuali, hoc vel isto, Ca-  
jo aut Sempronio ut §. 6. diximus, hinc si Cajus lethalityter vul-  
neretur nihil obstat, nec vulnerantem excusabit; quod infans  
fuerit, vel individualem conditionem habuerit, quæ eum dispo-  
suerit, ut facilius ad mortem lædi potuerit; auget potius letha-  
litytem, quia illa conditio concurrat ad immediatam mortis cau-  
sam. Valeret hic illud, quod aliàs Juris Consulti de contractu, ex  
L. qui cum alio 19. ff. d. reg. jur. dicunt: Qui cum alio con-  
trahit, non est vel non debet esse ignarus conditionis ejus. Eo-  
dem modo, qui percutit infantem, vel senem vel debilem, scire de-  
bet, se ejusmodi subjectum ferire vel vulnerare, quod ex hoc vulne-  
re citius perire potest, præsertim cum in re illicita sit constitutus  
percutiens, omnem eventum etiam voluisse censetur, ex tali actu  
illicito provenientes. *Hinc ratione ætatis, si percussus fuerit  
infans. aut puer tenerioris texturæ, ob partium corporis ejus  
teneri-*



teneritatem, molliem & minorem resistantiam externis violentiis lethalitas per se, non per accidens infertur, licet forsan ab ejusmodi vulnere homo consistentioris ætatis non fuisset mortuus. *Sic & in senili ætate* ipsum senium lethalitati nihil derogabit, cum hoc individualis sit conditio istius subjecti, hinc si subjectum ipsum per se lethaliter vulneratum fuerit, conditio illa lethalitatem minus talem non efficiet. *Nec dispositio corporis nativa* e. g. si forsan cranium tenerriam ac extraordinarie sit constitutionis, aut viscus aliquod alio, quam naturaliter solet, loco situm ibique læsum fuerit, cujus exemplum admirandum in scario ex Riolano Cattierius obs. 17. refert in obs. Borel: à lethalitate absolvit. *Nec morbosus status hominis* vulnus, per se lethale sub inspectione repertum, non lethale reddit, hic enim acceleravit terminū mortis, non effecit, Varia quæ hic objici ac in medium afferri possent, vid. Bohn. l. cit. p. 95. & seqq. Ast in vulnere salutari s. non lethali mors in corpore morbozo adveniens ex culpâ vulneris primariâ evenisse, dicenda non est. sec. Zachiam quæst. Med. Leg. consil. 55. n. 10. p. m. 105. Affectus animi vehementiores ut ira, terror &c. si accesserint, in vulnere per se lethali reperto, ejus lethalitati nihil derogant, in vulnere autem non lethali, per accidens lethale id reddunt; Vulneri item dubiæ lethalitatis absolutam lethalitatem non inferunt, cum non vulneratio vel percussio, sed insequens pathema animi veniens, immediata mortis causa extiterit. Conf. Acta Haffnienf. Medica vol. I. p. 86. In dubio etiam mitior sententia sit amplectenda.

§. XV.

Symptomata quod attinet, ex syndrome eorum & pluralitate sæpius in vivo homine lethalitatem concludimus, uti vulnus, si destituatur gravio-ibus symptomatibus non lethale esse judicamus. Sed si de symptomatibus vulneri supervenientibus



fermo est, & vulneratus fuerit mortuus, magnæ diffensiones oriri solent, tam inter Astræ Patronos quam Apollinis filios, annon ex symptomatibus potius quam ex vulnere perierit ægrotus; Bene autem hic distingvenda erunt symptomata cum Bohnio l. c. p. 113. Triplicis scilicet generis illa erunt. Quædam à vulnere ipso & parte læsâ immediatè proveniunt, hinc inseparabilia ferè & vulneribus ejusmodi propriissima sunt e. g. Sopor, Epilepsia, Delirium, Stertor, sensuum torpor &c. vulneribus capitis; Vomitus, singultus, nausea, Ventriculi læsionibus; quanquam tum capitis tum ventriculi vulneribus communia sæpius adsint symptomata ut vomitus biliosus, motus convulsivi, deliria &c. ob consensum nervorum ex pari oriorundorum; illa symptomata, præsertim si cum vulnere adveniant, & ad extremum vitæ halitum perdurent, genuinæ vulneris istius sunt filia & ejusdem lethality capacia, hinc acq; lethalia judicantur, uti causæ eorû vulnera ipsa. Quædam symptomata rarè obveniunt vulnere, & ferè nihil commercii cum eo habent, sed equidem à vulnere non ex vulnere deveniunt i. e. post vulnus quidem accidunt, sed ex alia causa sibi ipsis propriâ ortum trahunt ut: si vulnere capitis superveniat gangræna in pede, aut vesicæ vulneratæ pleuritis, vel tussis cruenta, aut vulnere abdominis, apoplexia, Ex ejusmodi symptomatibus si moriatur æger, ex vulnere non discessisse dicendum, nec lethalitas illi assignanda. Tandem quædam sunt symptomata, quæ non minus ex vulnere, quam ex aliis adventitiis causis oriri possunt, hæc sanè maximam in renunciando periunt difficultatem. Media, quæ hac de sollicitum extricare possunt, relegas in Bohnio de renonc. vuln. p. 113. 123. & 126. Optimè scilicet judicio hic opus est, & multijugæ experientia, nec generalioribus regulis sese includi patitur renunciatio talis. §. XVI.



§. XVI.

Quæritur VItò. Sed nonne Circumstantiæ à telo lethifero, à tempore mortis, vel symptomatum petita, &c. ad lethalitytem per se talem faciunt?

Resp. Incumbit equidem Medico & de his ex Adstantibus quærere, instrumentum lædens oculis, usurpare, tempus læsionis, insequentium symptomatum imò mortis indagare, vulnerisque externam figuram considerare, nullum tamen horum ad absolutam lethalitytem necessariò inferendam confert. Præsumptio equidem est, quod gladio acuto aut clavâ vel ligno vel baculo grandiori gravior plaga possit judici; sed potest etiam levis percussio saltem fieri secundum vires & impetum percipientis, ut tantopere non vulneretur percussus, nedum ad lethalitytem usque; hinc ex solo instrumento lædente non desumi potest argumentum lethalitytis per se, sed ex inspectione demum illud innotescet, hæc autem si negligatur in ancipiti certè relinquitur, quousque instrumentum lædens penetraverit, aut quam partem internam læserit. Telum hinc lethiferum certi quid in lethalityte determinare non potest, quemadmodum ex instrumento non lædente habito, non statim quis argumentari potest ad lethale per accidens e. g. si solâ manu alterius caput quis feriat, ut commotio cerebri lethalis inde sequatur, aut si percussione circa regionem epigastrii, præsertim superioris oris ventriculi asphyxia, respirationis interceptio, mox mors ipsa insequatur, ut plurima id demonstrant exempla. Item si quis ferulâ vel parvo bacillo caput tenerrimæ constitutionis cujusdam feriat ut in fragmenta secedat ac lethalityter vulneretur; aut si forsitan alter Milo Cratensis, qui bovem uno ictu trucidare potuit, alium sola manu pestundet, vel si Simson Judic. cap. 15. vers. 15. maxillâ asini erolâ mille Philistæos inter necioni dedit,



dedit, ecquis illos per accidens lethales accepisse plagas sustinere vellet. Ab instrumento igitur, aliàs non lethifero ad lethale per accidens concludere non licet, cum post ejusmodi vulnerationes ex inspectione lethalitatem per se sapissimè deprehendamus. An autem inquisiti, qui per se lethale effecerunt vulnus instrumento non lethifero, ordinariâ statim poenâ puniendi sint, nostrum non est inquirere, sed Judici relinquendum.

## §. XVII.

Deinde ex Tempore mox insequentis mortis lethalitatem inferre conantur plurimi celeberrimorum Jctorum, ut Carpz. Prax. Crim. part. 1. quæst. 26. n. 19. Mascard. de probat. Conclus. 1079. n. 5. Brunnemann. in Processu Crimin. Inquis. cap. 7. n. 20. Feltmann. de cadav. inspic. c. 61. thes. 7. Stryk. de Jure sensuum Diss. 1. c. 3. n. 23. Oldekop. contra Carpzov. Decad. 1. quæst. 8. n. 5. Naturam enim ipsam per breve temporis spatium ex vulnere eum mortuum demonstrare ajunt. In ipso tamen termino constituendo admodum inter se dissentiunt; nonnulli enim duos vel tres dies, quidam octo, decem, alii quadraginta dies Criticos lethalitatis constituunt, alii ad aliquot menses, imo annum, triennium terminum lethalitatis extendunt. Ut videre est ex Farinac. quæst. 127. n. 35. & coet. Ayres. de homic. part. 2. n. 52. Boërius Decis. 323. n. 18. Clas. ad C. C. C. art. 147. Carpz. l. c. n. 19. Sed dissensione hac ipsi Papiniani hi ac Ulpiani, quantum huic indicato à tempore petito pro lethalitate vulneris tribui possit, patefaciunt, præsertim cum ad judicium Medicorum tamen recurrere opus habeant; an ex Inspectione Vulnus lethale repertum sit, nec ne; Ex solâ ergo brevitate temporis præsumptio non probatio luce clarior deducitur arg. L. fin. C. de Prob. Quemadmodum ex tarditate mortis non statim concludi potest: vulnus non fuisse lethale; possunt enim quædam internè,

in



in vulnere per se lethali, v. g. particula pinguedinis se insinuans  
 in foramen vasis lethaliter laci, vel ventriculi portio irrumpeus  
 in Diaphragma fauciatum, ipsum tempus mortis remorari, qui-  
 bus remotis naturam victas dare manus oportet, ut in con-  
 trafissurâ cranii etiam, non aufertur sed differtur, saltem le-  
 thum. Confer. Bohn, l. c. p. 143. Wedel. Disp. de fundam. leth.  
 vuln. §. 37. p. 23. Quodsi tamen ictum factum æger moriatur  
 si in puncto læsionis decedat, maxima quidem præsumptio, non  
 tamen plenaria probatio lethalitatis absolutæ vulneris est, hæc  
 enim non absque inspectione & exploratione conditionis Vul-  
 neris fieri potest, cum exempla dentur, quod quis in continenti  
 à vulnere i. e. post vulnus obierit, non tamen ex vulnere si pro-  
 pter Vulnus decesserit, ut aliquot Casibus in Diss. præced. de In-  
 spect. §. 15. p. 13. probavimus. Polypus enim cordis vel alius læ-  
 tens morbus, ac plane corrupta dispositio corporis mortem cau-  
 sari potest, vulnere existente exiguo ac illethali. Ex celeritate  
 hinc vel tarditate mortis certi quid de lethalitate absolutè pro-  
 nunciari nequit. Ad stipulante nobis clariss. Bohnio de renunc.  
 l. c. p. 138. 143. Schœpfero Antecess. in Acad. Rostoch. celeberr.  
 in Diss. de hamorrh. Vulnerat. c. 2. pag. 34. n. 33. aliisque. Nec  
 symptomata vulneratum mox in sequentia apodicticè quid con-  
 cludunt de lethalitate vulneris ut §. 17. diximus cum ex alia causâ  
 originem trahere possint, non præcisè ex vulnere; quodsi autem  
 trahunt, tunc perinde est, dicat quis ex vulnere vulneratum vel  
 ex symptomatibus mortuum esse. Tandem si Medicus & chirur-  
 gus omnia fecerint, quæ ex lege & præscripto artis facere de-  
 bent, vulnusque fuerit dubium, ac insequatur mors, Medentes  
 sunt excusandi, sed vulnus lethalitatis per se inculandum.

§. XVIII.

Quæritur VIImo. Quodnam vulnus est illethale, quod-  
 nam per accidens lethale vocandum. Hæc est Resp.



Resp. Certè & in vulneris per accidens lethalis renūcia-  
 tione cautum esse oportet Medicum, cum facillè reum mortis  
 reverà talem attestato suo liberare possit à promerita vindictâ,  
 & hinc terram commaculare sanguine ad eum clamante non  
 vindicato; generalis enim regula inter Altraæ Sacerdotes est:  
 Quoties vulnus ex accidenti lethale est factum, toties homicida  
 pœnâ ordinariâ, i. e. capitis supplicio, non tenetur. Vulnus  
 illethale autem censetur id, quod œconomiam corporis huma-  
 ni singulariter, ad interitum totius non turbat, sed ex quo sem-  
 per ferè evadit vulneratus, quodsi tamen non evadit, ex aliâ  
 causâ per accidens id factum, hinc *Vulnus per accidens lethale*  
 dicitur, si non ex naturâ ac qualitate vulneris per se mors obvê-  
 niat vulnerato, sed ex aliis intermediis ac adventitiis causis,  
 Conf. §. 4. hujus dissert. Quod celeberr. D. Major Prof. Kilon.  
 quondam famigeratiss. in Diss. de Moribundorum Regimine  
 quæst. 4. p. 18. sequentem in modum exponit: Per accidens le-  
 thale vocatur & Reum ab Ordinariâ liberat, si ob defectum ne-  
 cessariorum, aut interventum rei accidentaria: vulnus superve-  
 nit, ità ut curatio, quæ ceteroquin desperanda haud existisset,  
 secundariò magis, quam ex primariâ agendi ratione reddatur ir-  
 rita e. g. Medici vel chirurgi periti absentia; Error adstantium  
 vel ministrantium; Defectus conclavis commodi, & culturæ  
 reliquæ, illuc pertinentis; præsidia non congruè parata aut ad-  
 hibita, rerum ex vulnere extrahendarum intermissio, vel ten-  
 tata quidem, sed impossibilis; maxime ægri ipsius inobedientia,  
 impatientia ac intemperantia. Ex his igitur, si moriatur æger,  
 non ex vulnere perse, sed ex accidenti moritur Vulneratus, neq;  
 vulnerator homicida tunc est dicendus, quod vel ipse facer. co-  
 dex per sanam consequentiam innuere videretur Numeri cap. 3.  
 v. 16. 17. *Wirfft er ihn mit einem Stein, daß er davon stirbt/  
 so ist er ein Todtschläger und soll des Todes sterben:* quodsi  
 autem inde davon i. e. ex lapidis jactu propriè non moritur, sed  
 ex



59  
ex alio interveniente, per consequens nec jactus lethalis, nec  
projiciens homicida dicendus.

§ XIX.

Per accidens lethale adjudicatur etiam vulnus, si vulnera-  
tus accipit plagam in loco ab hominibus remoto, ut remedium  
eidem adhiberi non possit, nec praesto sit, qui opem ferat, san-  
guinem sistat & loco calido inferat; sicque moriatur aeger, quod si  
autem postea sub inspectione per se ac absolute lethale fuerit in-  
ventum vulnus, isto pacto saltem mors accelerata non facta. We-  
del. de fundam. leth. vuln. §. 36. p. 22. si a. in continenti decessit, de-  
fectus illi non attendendi sed per se lethalis est vulneratio. Exer-  
cet hoc equidem quam maximè Medici orum ingenia, an vul-  
nus, si in loco solitario inflictum, vel ob absentiam Medici letha-  
le factum, vel si trepanum aliaque cura non omni chirurgo no-  
ta omissa fuerit, per se vel per accidens lethale sit nominandum.  
Sed cum lethalitas hic non proprie ex vulnere, sed ex defectu de-  
bitae curae advenit, ad lethalitatem per accidens talem, ejusmodi  
circumstantiae erunt referendae, uti egregie Facultas Medica Hal-  
lensis die 3. April. Anno 1695. respondit: **Das Haupt. Werk**  
**absolutae lethalitatis vulnere, bestehet eigendlich darinn, daß die**  
**Wunde oder deren unumgänglicher oder unmittelbarer Effect**  
**als Haemorrhagia oder interceptio usus indispensabilis organi vi-**  
**ralis oder beydes durch keine menschliche Kunst oder Mittel zu**  
**hindern oder zu restituiren/ und wird dabey zusehenderst supponi-**  
**ret/ wenn auch gleich würdlich solche Mittel zur Gnüge verhan-**  
**den wären/ so sie nun bey ein oder andern Patienten/**  
**nicht zur Hand (e. g. Trepanum, Stypticum, Chirurgus,**  
**Medicina) wird solche Ablers vernünftigt pro re for-**  
**uita & accidental geachtet und einfolglich das Vulnus**  
**per accidens lethale genennet/ dergleichen Exempel ein Vul-**  
**nus arteriae ad carpum seyn kan / welches per absentiam oder**  
**ignorantiam chirurgi mehr als einmahl haemorrhagiam letha-**

ci II

H z

lem



lem nach sich gezogen/da es doch von sich selbst von solcher Consideration nicht ist. Conf. cit. Dissert. de Hamorrhag. Vulnerat. cap. 3. p. 125. ubi & capit. 4. n. 58. & seqq. pag. 141. ad finem usque vulnera per accidens lethalia recensentur, & quidem *ratione vulnerati*, si debito tempore vulnus deligari non curaverit, si Medico imperito se commiserit, si deligationes rescindat, si aëri nocenti se commiserit, si quieti se non dederit, si medicamentis uti noluerit, si cibo vel potu abstineat, vel utatur prohibito vel nimio, si Iræ vel Veneri sese dederit, si in cachinnos solutus fuerit; Dein & culpa adstantium, imò Medici vel chirurgi vulnus per accidens lethale reddi poterit, si non omnia fecerint, quæ facere debuissent. Hæc omnia aliquot exemplis dilucidata ibidem videri possunt.

In nostro superiori pag. 33. adducto Casu recensitis veris circumstantiis ipsius speciei facti ac modi Inspectionis legaliter factæ proposuimus primò rationes dubitandi, ex quibus vulnus per se fuisse lethale præsumi potuisset, undè etiam Chirurgus adstantis absolute lethalem fuisse hanc percussionem iudicabat. Secunda sua oblata attestata sub signo C & S hic impressa, quorum prius lunæ instar variabile in specie facti, altero herculeo Martis instar emendare voluit, sed infelici successu, cum de illis, quæ ultra captum ejus erant, dijudicare præsumebat, Irritis hinc redditis per Mercurium sub signo ejus attestatis illis, Jovis tandem seu Facultatis Medicæ accedebat sententia decretoria quam in sequenti dissert. adducemus quæ sententiâ cadebat, & ne ultra novaculum saperet, demonstrabatur eidem. Deinde referavimus illas rationes dubitandi, cum 1. ex temporis brevitate sec. quest. 6. §. 19. dissert. hujus præcisè lethalitas absoluta desumi nequeat 2. Omnes Læsiones sub n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. per se lethales non existierint, uti ex seqq. Dissert. de vulnere lethali capitis patebit, 3. Symptomata anteverti potuissent, si in



si in tempore debita adhibita fuisset cura sec. quest. 7. §. 18. Tandem rationes concludendi adduximus: 1. Ex absentia symptomatum graviorum ipsa lationis die sec. §. 15. 2. Ex bona Constitutione ipsius vulnerati ac habitudine ejus ad remedia applicanda. 3. Ex aegri inobedientia ac ineuria. 4. Ex deligatione omisa. 5. Ex defectu loci congrui & conclavis calidioris. 6. Ex tempestiva cura neglecta sec. quest. 7. §. 18. & tandem 7. Ex partibus principalioribus capitis illatis; & statuimus ex cunctis adductis summe periculosam quidem fuisse contusionem capitis, quod ex subseq. dissert. quest. 1. innoteoet, sed ideo funestum habuisse exitum, quia maxime accessere Vulnerati errores; hinc si errores hi non commissi fuissent, vultus hoc adhuc curari potuisset, quod insequenti responso Facultatis

confirmatum fuit.

## COROLLARIA

### de Contagio Pestis.

1. Et Contagium ad Medicinam Forenses pertinet.
2. Hinc tot quaestiones à Jurisperitis ac Politicis de eo propositae, à Medicis enodatae in Scriptis Medico-forensibus reperiuntur.
3. Pestis à peste variat, ac rō s̄m maxime in ea observatur.
4. Ex aere infecto rarissime Pestis, interim ex aere infecto attracto pluri moriuntur.
5. Ex solis symptomatibus internis praesumi, non concludi firmiter potest infectio corporis, nisi externa sensuialis dignotio bubonum, carbunculorum, aut petechiarum accesserit.
6. Verum antidotum pestis nondum reperit, sed optima praeservatio per Custodiam seu separationem.

Si





Mercklich war anfänglich am Vordertheil des  
 Haupts auf der rechten Seiten eine kreuzweisse  
 ge incision, so Tages vorhero nebst der Trepan-  
 nung so durch einen Privilegirten in beysein Plen.  
 Tit. Herrn N. N. Phil. & Med. P. P. verrichtet  
 zu sehen / unter wehrender Operation auch der  
 Patient gestarben / und war das Trepaniren so  
 verrichtet / daß es nur die prim Tabell Cranii durch-  
 gegangen / als das Haupt nempe ut pars maxime offensa visitiret, und  
 die Haut absepariret worden / ist der Musculus temporalis in latere  
 dextro wo der Schlag am grösssten am Haupt gesehen / sehr zer-  
 quetschet / und grosse Contusion mit vielem geronnenen Blut zu se-  
 hen gewesen / dabey auch die arteria temporalis, nebst denen an-  
 dern Blut-Gefässen zersprungen und beschädigt gewesen / und wie  
 gedacht viel extravasirtes Geblüt / so bis durch die Ohren gedrun-  
 gen / und tieff nach dem Auge und Backe zu / zubemercken war. Nach-  
 dem man das Cranium besehen und abgenommen / haben wir also  
 bald eine grosse Fractura Cranei an dem Osse Frontis unter dem Os-  
 se temporali seitwärts nebst 4. unterschiedenen fissuren / davon die  
 eine so lang und groß daß sie über die suturam Coronalem ge-  
 gangen / wie aus beyliegender Figur zu sehen / die fractura cranei so  
 bis auf die Orbitam Oculi, eines kleinen Fingers breit und  
 halb so lang abgesprungen und abgespalten depressirte die Me-  
 ninges und das Cerebrum sehr. Doch konnte man keine ledirung  
 oder Durchschneidung des Häutleins des Gehirns bemercken / aus-  
 ser daß sich extravasirtes Geblüt zwischen dem Craneo und Cere-  
 bro tieff hinunter gesetzt / welches die Meninges ja selbst die sub-  
 stantz Cerebri niemol nicht tieff doch mercklich angegriffen und pu-  
 trificiret. An bemeltem Ort der Fractura und weiter hin an der  
 linken Seiten des Haupt bemerckete man auch einen Schlag / so  
 doch nicht viel zu bedeuten. Es war aber bis auch unter dem Cra-  
 neo auf der dura Mater geronnen Blut eines halben Schillings groß  
 zu sehen / die Substantz cerebri an sich selbst war wie bey gefunden  
 Menschen gesund und schön anzusehen / ausser daß sich in denen  
 Cavi-



63  
Cavitäten und ventriculis cerebri eine häufige Lymphe befunden / so  
ohn zweiffel von der grossen Dränung / Erschütterung und Zerprin-  
gung der subtilen Gefässe herrührende sich dahin gesetzt / an den li-  
brigen euserlichen Theilen des Leibes war unter dem Kinn und Hals  
se einige Streiche / so aber nur durch die Haut gegangen / und was  
blau unterlauffen / am Rücken und denen Seiten war die Haut  
über und über blau unterlauffen / und an dem scroto gleichfals / an  
der linken Hand war die obere Nöhre oder radius magus sinistra  
entzwey geschlagen / daß man die Nöhre ganz zerschmettert besun-  
den / an den inwendigen Theilen des Leibes und visceribus war nichts  
schad oder mangelhafftes oder ungesundes zu spüren noch zu sehen.  
Aus diesem nun was an dem endselten Körper observiret und be-  
funden worden / ist durchaus zu schliessen / daß dessen Genesung  
nicht möglich zu restituiren gewesen / und dannenhero der unfehlba-  
re Todt erfolgen müssen. Denn 1. da am Schlass des Haupts  
der sehr gewaltige Schlag / und durch denselben eine starke und  
grosse Zerquetschung / Dränung und Verfehrung der Schlass  
Puls- und Blut-Adern und andern Theile geschehen / ist solches  
schon sufficient gewesen / ihm den Todt zu verursachen. Da über  
dieses noch ztes die grosse fractura Cranii nebst dem dabey befind-  
lichen 4. siliuren Cranii gefunden / welche an diesem Ort des Schlaf-  
fes gleichfals tödtlich / hat ztens das häufig gesamlte und extrava-  
sirete und geronnene Geblühte / so nicht allein von oben / sondern  
auch ganz in dem untersten Theile des Cerebri coaguliret gefunden /  
welches durch kein Trepaniren / welches an dem Ort nicht sülglichen  
appliciret werden könnte / heraus zu bringen nicht möglichen wäre  
gewesen / und nichts anders als eine baldige putrifaction darauf er-  
folget / ja so ein Klumpen Blutt hat dem Gehirn die behörige pul-  
sion und Bewegung gehemmet / die behörigen actiones und Ab-  
scheidungen in dem Gehirn gehindert / und durch Verlesung sol-  
cher principal-Blutgefässen der alimentation beraubet worden / wor-  
durch denn nichts anders als der Todt erfolgen müssen / welches  
wir hiemit der Wahrheit gemäß attestiren wollen. Königsberg den  
7. Januarii Anno 1706.

N. N. Chirurgus

Ans



**A**nsänglich war euseflich oben am Vordertheil des Hauptes  
 auf der rechten Seiten an der sutura und osse Coronali  
 eine Creutz weisige incision oder Durchschneidung der  
 Haut / so Tages vorhero durch einen Rahmens Hecken  
 dorff nebst der Trepanierung verrichtet worden / zu sehen.  
 Es war aber das Trepanum nur durch die primam lamina-  
 nam Cranii bis auf die Diploe gegangen / wad ob auch die secunda  
 Tabula Cranii wäre durchgebohret worden / hätte es doch weil es  
 oben appliciret / wie mans hernach nach der Deffnung des Cranii ge-  
 sehen / wenig effectuieret oder nutzen können / weil ein häufiges  
 Geblihte sich ganz unterwärts nach den Cavitäten des maxer-  
 sten Cranii gesecket / ja so gar bemerkete man / das es zum Ohe  
 hinaus gelauffen gewesen. Als das Haupt selbstem nempe ut pars  
 maxime ostensa visüret / und die Haut überall repariret worden / fan-  
 de man so die Haut als den Malculum Temporalem in latera dex-  
 tro / wo der Schlag am größten am Haupt geschehen / sehr contun-  
 daret / zerquetschet / und mit vielen geronnenen und extravasirten Ge-  
 blihte / welches vermuthlich aus der arteria Temporalis und aus  
 dem Blut Gefässen / so durch die gewaltige Beschädigung zersprun-  
 gen und ausgelauffen / hervührte / das es auch so wol nach dem  
 Auge / dem Ohe und nach dem Backen zu tief zwischen der Haut  
 zu sehen war. Das Pericranium wal gleichfalls an dem Ort mit  
 Blut interlauffen / da man das Cranium abgenommen / hat man als  
 sobald an demselben am Osse frontis seitwärts nach dem Osse Tem-  
 porali eine grosse fracturam / welche bis auf die Orbitam Oculi zu  
 mercken / vom Cranio auf beyden Seiten abgespringen / nach  
 unten zu aber noch feste in der Länge eines kleinen halben  
 Fingers und eines halben Vier Fingers breit / welches ein-  
 werts geschlagen und mit scharffen Spizen oder Laken die  
 duram & Piam Matrem / ja selbstem die Substantiam Cerebri depres-  
 sirete wad eingedrucket hätte / doch lönte man keine LæSION oder  
 Durchstechung der Meningium / ausser das die Meninges mit Blut  
 angelauffen / und über dieses auch nach gemachter incision des cere-  
 bri / selbtes in etwas angegriffen / und von dem drauff liegenden  
 Geblihte



46

Geblikt Blutterinsig unterlauffen zu sehen. Nebst dieser fractura fund man 4. unterschiedene fissuras an bemeldetem Ort / davon die eine so lang / daß sie nahe an die tuturam coronalem zu bemerkten / die andern aber seitwärts und unterwärts nach dem osse temporali giengen. An der linken Seiten des Haupts oben zu merckete man auch einen Schlag doch nicht durch die Haut / jedoch aber an dem Ort des Cranii, an der dura Mater einen Flecken eines halben Schilling groß unterlauffen Blut gefunden / sonst war allenthalben die substantia Cerebri wie bey gesunden Menschen schön und gut zu sehen / außer daß sich in denen ventriculis cerebri eine klüfftige lymph befunden / so ohn zweiffel von der grossen Drängung Erschütterung und Zerpringung der subtilen Gefässe herrührende / sich das hin gesetzt. Nach Eröffnung der andern Cavitatum abdominis & thoracis hat man nichts verdorbenes oder schadhafftes an den innern Theilen bemerken können sondern alle viscera und Partes im gefunden und natürlichen Zustande gefunden / die übrigen äußerlichen Theile des Leibes hat man auch noch alle ganz befunden / außer an der linken Hand / allwo gleichfals ein starker Schlag geschehen war / die Ober- Nöhre oder radius ganz einwey und in Stücke geschlagen / an dem Rücken an denen Seiten war alles blau unterlauffen / und merckete man an dem scroto, daß selbiges auch einige blaue Flecken hatte / an dem Kin und Halse waren auch einige Striche / so aber nur durch die Haut gegangen zu sehen. Dieses ist nun kürzlich / was bey vorgehabter Observation des Eytseelken ich observiret und berichten wollen. Inbey aber auch mein geringes Bedencken und unvorgreifliche Meinung beygefüget / dieses so gar schleunigen Todesfall und erachte vornehmlich aus folgenden Ursachen solche Beschädigung vor lethal zu halten. Erstlich wenn zur Bewegung aller Musculorum und des Gebliets ein stetiger influxus des subtilsten Gebliets oder Spirituum Vitalium, welche im Gehirn repariret werden / höchstnöthig / ohne welche der Mensch nicht leben kan / solche aber durch die hefftige Zerquersung contusion des gewaltigen Schlages verhindert worden / zumahlen an dem Schlafe des Haupts solche Principal Puls und Blutgefässe nebst dem Musculo temporalis verhanden / solche aber sehr zerschlagen und conundiret gewesen / hat die drauf erfolgete extravasation des Gebliets die



die übrigen Blut-Gefäße mehr verstopffet / den motum sanguinis vollens ganz gehemmet / und also dem Gehirn die benötigte alimentacion benommen / und sonderlich weil in einem solchen Schlag / so von einem Priegel oder Keule geschehen / eine größere force und Zerquetschung empfunden wird als mit einem schärfften instrument. Da über dieses noch ztens die grosse fractura Cranii nebst denen dabey befindlichen 4. Filliren vorhanden / welche an diesem Ort nicht allein gefährlich / sondern auch tödlich zuhalten / weil man so nach unten zu nicht wol Trepaniren kan / und über dieses das fragmentum die Meninges und das Cerebrum selbst sehr depressiret und eingedrückt hatte / wodurch denn dem Gehirn die behörliche Bewegung benommen / und dessen Verrichtungen und actiones gehindert / worzu dann ztens das häufig geronnene Geklühte / so sich zwischen der Hienschalen und dem Cerebro tieff gesetzt / und fest zusammen coaguliret / nicht möglichen durch das Trepaniren / weil es keinen Abfluß gehabt / wegzubringen gewesen / und da durch diese Beschädigung der Entseelte nur 30. Stunden gelebet / ist solches simpliciter vor lethali zu halten / und dessen Genesung nicht möglichen zu restituiren gewesen / welches ich hiemit attestiren wollen / so geschehen Königsberg den 27. Jan anno 1706.

N. N. Chirurgus.

Sign. & Præmissis præmittendis.

**G**ütlich hat Chirurgus N.N. einen obduction-Zettel vom 7. Januarii verfertiget / der mir vom Chirurgo T. eingeliefert / Darnach hat er einen andern Obductions-Zettel E. E. Bericht unter dem dato vom 27. Januarii übergeben darinnen er viel falls, die im ersten Obduction-Zettel verhanden / ausgelassen / als zum Exempel: Daß der Patient unter der Trepanation gestorben / daß die eine fillur über die Sutura coronalem gegangen / daß die substantz cerebri angegriffen und putrischiret: daß in denen cavitäten cerebri eine häufige lymphä sich befunden / daß im untersten Theil cerebri (foran cranii) coagulirt Blut befunden etc. Viel aber moderiret / als / da Er im ersten Zet.



Zettel gesetzt / die arteria temporalis wäre zersprungen / die fractura cranii wäre eines kleinen Fingers breit und halb so lang gewesen / die eine fissur wäre über die suturam coronalem gegangen &c. In dem andern Zettel seine Meinung gemäßiget und und geschrieben / die arteria temporalis wäre vermuthlich zersprungen / die eine fissur wäre nahe an die suturam coronalem gegangen / die fractura wäre eines kleinen halben Fingers lang / und eines halben Quer-Fingers breit &c. Aus welchem allen zuschließen / daß der gute Mann sibi ipsi non constet, und einmahl so / das andermahl anders deponiret und Speciem facti referiret / zu dem hat er seine vermeynte lethali-tät zu coloriren was neues und mehr in dem letzten als in dem ersten Zettel gesetzt / nehmlich daß die Fractura Cranii einwärts ge-schlagen gewesen / und mit scharffen Spizen und Ecken die duram und piam matrem ja selbstien die substantiam cerebri depressiret und eingedrucket / daß die fractura bis auf die orbitam oculi ge-gangen / welches doch zu viel gesprochen und falsch ist / da das con-trarium theils Herr D. R. als *αυτοπτης* bezeugen kan / theils sana ra-tio evinciret / dann wann so ein Stück Knochen mit solchen scharf-sen Spizen und Ecken bey dem Schlaf eingeschlagen wäre gewe-sen / würden nothwendig die Meninges, ja Substantia cerebri la-diret gewesen seyn / welches aber der Chirurgus selbstien negiret / daß ich aber an die sogenandte grosse fracturam Cranii in meinem Obducti-on-Zettel nicht sonderlich gedacht / ist die Ursach gewesen / daß ich selbige mehr vor einen effectum des Absagens und der darauf fol-genden Voneinanderbrechung des Cranii mit einem Eisen an selb-tem Orte gehalten / als vor einen effectum reverà talem des Schla-ges an benandtem Orte / allein gesetzt es wäre auch eine fractu-ra und depressio cranii daselbst in osse frontis gewesen / so inferiret doch selbige nicht gleich lethali-tatem absolutam. Die rationes pro le-thalitate Herrn N. N. anlangend philosophiret zwar selbiger in der ersten gewaltig / daß die Spiritus Vitales in cerebro separiret / daß zur Bewegung des Geblüts ein streter influxus des subtilsten Geblüts höchstnötig / daß am Schlaf die principal-Puls und Blut-Gefä-ße vorhanden / daß die extravasirung des Geblüts die übrige Blutt-Gefäße verstopffet und den motum sanguinis ganz gehemmet / daß dem Gehirn die alimentation durch das extravasirte Blut sey benom-men



men / zumahlen der Schlag durch einen Pfeigel oder Keule geschä-  
hen / (welches auch gar zu milde berichtet wird) allein ein Tyro-Me-  
dicinae würde zweiffels frey diese philosphirung widerlegen können /  
deswegen ich mich bey selbiger nicht auffhalte. Die andere ratio ist/  
weisen eine grosse fractura und vier fissuren gewesen / dabey das frag-  
mentum die meninges und cerebrum sehr d. presiret (quod tamen ne-  
gatur) allein posito hoc, dieses interiret nicht lethaliaem necessario,  
wie theils Valentini in Pandectis Med. legalibus part. 2. p. 134. theils  
Bohnius in renaue. vuln. p. 181. und ich auch in meinem Obductions- Zei-  
tel solches angeführet. Die letzte ratio ist das das häufig geronne-  
ne Blut so sich in das cranium tieff eingesehet / per trepanum nicht hät-  
te können educiret werden / allein ich verwundere mich / das Herr N.  
als ein Chirurgus nicht weiß noch per experientiam erfahren / das die  
Natur das verdorbene immer suchet zu educiren. indem dieses gleich-  
sam ausgedrucket wird / und das gute Geblüt immer wieder an-  
strömet / wenn nur oben durch die Trepanirung wäre Luft gemacht  
worden / zudem so hätte so ein häufiges Geblüt sich nicht coaguli-  
ret / wenn es bey zeiten per venaelectionem alio divertiret / und per  
fomenta resolviret und discutiret wäre geworden. Und da schließ-  
lich der Blesseurte nur 30. Stunden gesebet kan freylich in 30. Stun-  
den ein Geschlagener per neglectam deligationem, Venaelectionem, ali-  
aque, ob admissum vulnere frigus wol verwarloset werden.

Den 3. Februarii 1706.

George Emmerich

D. & P. E.













Königsberg, Diss., 1709/13


n.kbr



TA 90L











8,  
SUB AUSPICIIS SUMMI NUMINIS  
DISSERTATIONUM MEDICARUM  
DE  
CONNUBIO ASTRÆÆ  
CUM APOLLINE,  
CIRCA MEDICINAM FORENSEM,  
SECUNDA, 1774,  
DR.  
VULNERE LETHALI

*In genere*  
Von einer tödlichen Wunde/  
*Quam*  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,  
*SERENISSIMO ac EXCELSISSIMO PRINCIPE ac DOMINO,*  
DOMINO FRIDERICO  
WILHELMO,  
REGNI PRUSSIÆ, ELECTORATUS ET PROVIN-  
CIARUM BRANDENBURGICARUM HEREDE, &c. &c. &c.  
CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ  
IN ACADEMIA PATRIA  
*Publico Eruditorum Examine submitunt*  
PRÆSES

GEORGIUS Emmerich/  
Med. D. Prof. Ord. & Prat. Loebn.  
Et Respondens  
HENRICUS BERNHARDUS Hübner/  
Medic. Cand. & Physic. Rastemb.  
IN AUDITORIO MAXIMO,  
Horis Antemerid. Anno MDCCXI. die 1. Januar.  
REGIOMONTI, Literis REUSNERIANIS.